



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concilia Galliæ Narbonensis

Baluze, Etienne

Parisiis, 1668

XXVIII. Decretum electionis Guidonis Fulcodij Archiepiscopi Narbonensis.
Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14646

authenticum in archivō Archiepiscopi Narbonensis.
Quo loco adnotandum est, Bullam primō scriptam
fuisse ad Archiepiscopum Bituricensem, sed istud mu-
tatum esse. Nam in authenticō super verbo Bituri-
ensi scriptum est Rotliomagensi. Et in fronte Bul-
la hæc scripta sunt. Non scribatur Bituricensi Ar-
chiepiscopo, sed Archiepiscopo Rothomagensi, qui
est præcipuus inter Consiliarios Domini Regis, &
cui, ut dicitur, multūm credit. In eundem modum
scriptum est Consiliarii Regis Francie. Datum IV.
Non. Octobris.

XXVIII.

Decretum electionis Guidonis Fulcodij
Archiepiscopi Narbonensis.

Ex archivō Archiepiscopi Narbonensis.

IN nomine Domini & individuæ Trinitatis. Anno
MCCL. nono, vi. Idus Octobris. Constat quidem
hoc publico & authenticō instrumento, quod cùm
vacante Narbonensi Ecclesia Capitulum Narbonen-
se in nos Berengarium Sacristam, Pontium de Broa
Archidiaconum Redensem, Magistrum B. Succen-
torem, G. Petri & Benenatum de Lavannia Cano-
nicos Narbonenses, electos electores per G. Archi-
diaconum & S. Præcentorem Narbonenses, & datos,
ex potestate ipsis ab eodem Capitulo tradita provi-
dendi ipsi Ecclesiæ de Pastore, unanimiter transtule-
potestatem, promittentes quod ipsum quem ex nobis
vel aliis per electionem canonicam seu postulatio-
nem nos quinque vel major pars ex nobis duxeri-
mus eligendum vel etiam postulandum reciperent in

Archiepiscopum & Pastorem, nos siquidem quinque electores superius nominati, habito inter nos super provisione hujusmodi diligentia tractatu, Deum solum habentes pra oculis, & communem totius provinciae utilitatem tam spiritualiter quam temporaliter prvidet attendentes, ad provisionem Ecclesiae supradictae secundum datam nobis a Deo providentiam processimus in hunc modum. Ego Pontius de Broa Reddensis Archidiaconus in Ecclesia Narbonensi consentio in Dominum Guidonem Episcopum Aniciensem, in Narbonensem Archiepiscopum postulandum. Et ego Berengarius de Narbona Sacrista consentio in Dominum Guidonem Aniciensem Episcopum supradictum. Et ego Magister B. Bellini Successor consentio in eundem Dominum Guidonem Aniciensem Episcopum. Et ego Guillermus Petri consentio in praedictum Dominum Guidonem Episcopum Aniciensem. Et ego Benenatus de Lavannia in nomine Domini consentio in Dominum Guidonem Aniciensem Episcopum sumpliciter. Cumque divina faciente gratia in idem convenientia vota nostra, Ego Berengarius Sacrista praedictus pro me & pro omnibus coelectoribus meis antedictis de mada-to ipsorum coelectorum expressè mihi facta vice mea & vice eorundem coelectorum meorum necnon & Capituli Narbonensis praedictum Dominum Guidonem Aniciensem Episcopum in Archiepiscopum & Pastorem Ecclesiae Narbonensis postulo eligendum ac eligo postulandum. Actum in Capella sancti Pauli, in qua convenienter Canonici in Capitulo, praesentibus electoribus supradictis & me S. Rainaudi Notario Domini Archiepiscopi Narbonensis, qui interfui omnibus supradictis, & hoc præsens decretum scripsi, & in publicam formam redigi rogatus. Et ne praedicta valeant in dubium revocari;

Capitulum supradictum hoc Decretum suo communi sigillo munivit. Et ad majorem cautelam tam supradicti Electores quam ceteri de Capitulo qui voluerunt & potuerunt ac debuerunt interesse, praesenti Decreto sua sigilla fecerunt apponi.

XXIX.

Acta homagij quod anno MCCLX. Amalricus Vicecomes Narbonensis præsttit Guidoni Fulcodio Archiepiscopo Narbonensi.

Ex archivio Archiepiscopi Narbonensis.

V NIVERSIS tam præsentibus quam futuris sit manifestum & clarum quod nobilis vir Amalricus Dei gratia Vicecomes Narbonæ, pro se & heredibus & successoribus suis tam præsentibus quam futuris, cum hac publica scriptura scit, profiteatur, & in veritate recognoscit Domino Guidoni Dei gratia Episcopo sanctæ Narbonensis Ecclesiæ electo & successoribus suis se & antecessores suos semper habuisse & tenuisse ab ipso Domino Guidone & à prædecessoribus suis & ipse adhuc ab ipso tenet in feudum quicquid quantumcumque hodie habet & possidet vel habere potest aut debet aliquo modo vel aliquo jure vel ratione, vel aliqui alij habent hodie, tenent, seu possident, seu unquam etiam antecessores sui habuerunt, tenuerunt, & possederunt in toto burgo Narbonæ & in suis terminiis, appendiciis, & adjacenciis, longè & propè, & totam etiam medietatem civitatis Narbonæ, sicut limitata & terminata est, cum suis terminiis, appendiciis, &